

hac obiecerunt. CHRY. Discipuli ergo Ioannis & Pharisaeorum contra Christum zelotipie se habentes, ipsum interrogant, utrum solus cum discipulis suis abstinet, & labore pugnas superet passionum. B E D A. Sed Ioannes vinum & ficem non bibit, Dominus cum peccatoribus manducet & bibat, quia illi abstinentia meritum auget, cui potentia nulla inerat natura. Dominus autem cui naturaliter suppetebat delicta donare, cur eos declinaret, quos abstinentibus poterat reddere puriores? Sed ieiunauit & Christus, ne preceptum declinaret, manducauit cum peccatoribus ut gratia carneres, agnosceret potestatem. Sequitur: Et ait illis Iesus, Numquid possunt filii nuptiarum quadiu sponsus cum illis est, ieiunare? Quato tempore habent secum sponsum non possunt ieiunare. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsum, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri. Alioquin auferet supplementum nouum a veteri, & maior scissura fit. Et nemo mittit vinum nouum in vases veteres, alioquin distumpet vinum vases, & vinum effundetur & vases peribunt. Sed vinum nouum in vases novos mitti debet.

Frio consolationis eius innouabantur, & tunc nouum vinum nouis vribus adueniat. hoc est Spiritu sancti seruo spiritualium corda replerent. Doctores etiam cauendum est, ne anime in vetustate malicie perduranti, nouorum mysteriorum secreta committat. T H E O P H I. Vel aliter, discipuli veteribus vestimentis assimilati sunt propter eorum mentis infirmitatem, quibus non erat congruum imponere statutum graue ieiunij. B E D A. Neque conueniens erat nouum panum assuere qui est aliqua particula doctrinae, quae ad nouam vitam perantiam pertinet, quae generale docet ieiunium ab omni leuitia temporalium delectationum, quia si hoc fiat, & doctrina scinditur, & non conuenit vetustati. Vestimento autem nouo bona opera, quae foris aguntur, innouantur. vino autem nouo feruor fidei spei & charitatis quousque reformamur, exprimitur.

d Et factum est iterum cum Dns Sabbatis ambularet per sata, & discipuli eius ceperunt progredi, & vellere spicas. Pharisaei autem dicebant ei: Ecce quid faciunt discipuli tui Sabbatis quod non licet. Et ait illis: Numquam legis quid fecerit Dauid quoniam necessitatem habuit, & esurijt ipse, & cum eo erant, quoniam introiit in domum Dei sub Abiathar principe Sacerdotum, & panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare, nisi solum Sacerdotibus, & dedit eis & qui cum eo erant? Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter Sabbatum. Itaque Dominus est filius hominis, etiam Sabbati.

d CHRYSO. Liberata a figura, & veritate vitii Christi discipuli, figurale Sabbati festum non seruant. vnde dicitur: Et factum est iterum cum Sab. am. per Sa. & discipuli eius ce. progr. & vell. spicas. B E D A. Legimus & in sequentibus, quod erat qui veniebat & redibant multi. & nec manducandi quidem spaciū habebant: & ideo quasi homines esuriebant. CHRY. Esurientes autem escam simplicem comedebant non ad voluptatem: sed propter naturae necessitatem. Pharisaei autem figurae & vmbrae seruantes, discipulos accusabant tanquam iniuste agentes. vnde sequitur: Pharisaei etiam dicebant ei, ecce quid faciunt tui Sab. quod non licet. AV G. de Operibus Monachorum: Populo siquidem Israel per legem preceptum est, vt in agris suis furē nullus teneret, nisi qui se cum aliquid velleret auferret. nam qui nihil aliud attigisset, quam id quod comedisset, liberum impunitumque abire sineret. vnde etiam spicas vellentibus discipulis Domini, de Sabbato potius quam de furto Iudaei calumniati sunt. CHRYSO. Dominus autem Dauid in medium introducit, cui aliquando contigit non secundum legem comedere, cum Sacerdotalem tergit cibum, vt illius exemplo accusationem discipulorum soluat. Sequitur enim. Et ait illis, numquam legis quid fecerit Dauid? T H E O P H I. Fugiens enim Dauid a facie Saul, ad Principem Sacerdotum deuenit, & panes propositionis comedit, & gladium abstulit Goliath, quae Domino erant oblata. Quare vero aliqui, qualiter nunc Euangelista Abiathar principem Sacerdotum nominauit, cum liber Regum hunc nomen Abimelech? B E D A. Hoc autem nihil habet dissonantiae, ambo etenim fuerunt illic, principis Dauid panes perijt, & accepit: Abimelech videlicet, princeps Sacerdotum, & Abiathar filius eius. occiso autem Abimelech a Saule, fugit Abiathar ad Dauid & Comes factus totius exilij eius, postea eo regnante, summi Sacerdotij & ipse gradum accepit, multoque maioris excellentiae filius quam pater effectus est. ideo dignus fuit, cuius memoriam Dominus, etiam uiuente patre, quasi summi Sacerdotis faceret. Sequitur: Et dicebat eis, Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter Sabbatum. Maior enim est cura sanitati & vitae hominis quam custodia Sabbati adhibenda. Sic enim mandatum est Sabbatum custodiri: vt tamen si necessitas esset, reus non esset qui Sabbatum violasset. ideo Sabbato circumcidendi non est prohibitum, quia necesse erat fieri, & Machabaei necessitate instante Sabbato pugnant. vnde discipulis esurientibus quod licitum non erat in lege, necessitate famis factum est licitum, sicut hodie si quis eger ieiunium corruperit, nulla ratione reus tenetur. Sequitur: Itaque Dominus est filius hominis, etiam Sabbati. quasi dicat: Dauid Rex Sacerdotali cibo pastus excusabilis est, quanto magis filius hominis, verus Rex & Sacerdos & Dominus Sabbati, euulsari Sabbato spicarum noxa non tenetur. CHRY. Dominum quidem Sabbati & filium hominis seipsum proprie vocat, quoniam quidei Dei exis filius, filius hominis propter homines dignatus eum dici. Legis autem lator & dno lex non dominatur, plus enim licet Regi quod legibus statuatur. Infirmis quidem datur lex, non perfectis & operantibus

Cap. 23.

operantibus supra legem. B E D A. Myslice autem discipuli per sata transeunt, cum doctores sancti quos in fide instruxerit cura pia sollicitudinis insequitur, quos esurire nihil melius quam salutare intelligimus hominum. vellere autem spicas est homines a terrenae intentione ertere. Fricare autem manibus est exemplis virtutum a carnis concupiscentia, quasi a quibusdam folliculis puritate mentis exuere. Grana manducare est emundatum quicquid a fordibus vitiorum per ora praedicatum Ecclesiae membris incorporari. & bene hic discipuli praegredientes ante faciem Domini fecisse memorantur, quia doctoris necesse sermo praecedit, & sic cor auditoris subsequens gratia supernae visitationis illustrat. Bene Sabbatis, quia & ipsi doctores in pdicando pro spe futurae quietis laborant, & auditores suos mouent pro aeterna requie infundere laboribus. T H E O. Vel quia cum habent in passionibus requiem, tunc alijs ad virtutem ductores sunt euellentes terrena. B E D A. Item per sata ambulat cum Domino, qui eloquia sacra meditari delectantur. esuriant cum in eis panem vitae inuenire desiderant, & hoc in Sabbatis cum sopita mente a turbulentis cogitationibus vacare gaudent. Vellunt spicas & contritas purgant, donec ad escam perueniant, cum testimonio scripturarum ad quae legentes perueniunt meditando assunt, & tunc discutiunt donec in eis medullam dilectionis inueniant. verum haec mentium refectio stultis displicet, sed a Domino approbatur.

CAPVT III.

T introiit iterum in synagogam, & erat ibi homo habens manum aridam. Et obseruabant eum si Sabbatis curaret vt accufaret illum. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium. Et dixit eis: Licet Sabbatis bene facere an male? animam saluam facere an perdere? At illi tacebant, & circūspiciens eos cum ira, contristatus super caecitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illi.

b Exeuntes autem Pharisaei, statim cum Herodiano consilium faciebant aduersus eum quomodo eum perderet. Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare, & multa turba a Galilaea & Iudaea secuta est eum, & ab Hierosolymis & ab Idumaea & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sydonem multitudo magna, audientes quae faciebat venerunt ad eum. Et dixit Iesus discipulis suis, vt in nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne comprimerent eum. Multos enim sanabat, ita vt irruerent in eum vt illum tangerent. Quotquot autem habebant plagas, & spiritus immundi cum illum videbant, proidebant ei, & clamabant dicentes: Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent eum.

b Exeuntes autem Pharisaei, statim cum Herodiano consilium faciebant aduersus eum quomodo eum perderet. Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare, & multa turba a Galilaea & Iudaea secuta est eum, & ab Hierosolymis & ab Idumaea & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sydonem multitudo magna, audientes quae faciebat venerunt ad eum. Et dixit Iesus discipulis suis, vt in nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne comprimerent eum. Multos enim sanabat, ita vt irruerent in eum vt illum tangerent. Quotquot autem habebant plagas, & spiritus immundi cum illum videbant, proidebant ei, & clamabant dicentes: Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent eum.

CAPVT III.

HEOPHI. Postquam Dns Iudaeos qui discipulos accusauerant, quos spicas Sabbato euellere exemplo Dauid confudit, nunc amplius ipsos ad veritatem reducens, miraculum in Sabbato operatur: ostendens quod operari Sabbato miracula in salutem hominum pius est, non est malum in Sabbato necessaria corporis operari: dicit ergo: Et introiit iterum in synagoga, et erat ibi homo habens manum aridam. Et obseruabant eum si Sabbatis curaret vt accufaret illum. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium. Et dixit eis: Licet Sabbatis bene facere an male? animam saluam facere an perdere? hoc est hominem curare an non, non quod Deus summe bonus auctor perditionis nobis esse possit: sed quod reus non saluare scripturae consuetudine perdere dicitur. Si quem vero mouet quare Dominus, cum corpus esset curaturus de animae saluatione interrogauerit, intelligat vel animam more scripturarum pro homine positam, sicut dicitur: Haec sunt animae quae exierunt de femore Iacob, vel quod illa miracula propter animae salutem faciebat, vel quod ipsa manus sanatio salutem animae significabat. AV G. de Con. Euan. Sed potest mouere, quomodo Matthaeus dixerit, quod ipsi interrogauerunt Dominum, si licet Sabbato curare? cum Marcus illos potius interrogatos a Domino perhibeat: licet Sabbato bene facere, an male? Itaque intelligendum est, quod illi prius interrogauerunt Dominum, si licet Sabbato curare? deinde quod intelligens cogitationes eorum ad tum accusandi quarentem, confluuerit in medio illum quem fuerat sanaturus, & interrogauerit quae Marcus & Lucas eum interrogasse commemorant, ac tunc illis tacentibus proposuisse similitudinem de oue, & conclusisse, quod licet Sabbatis bene facere.

Lib. a. c. 35.

Sequitur: At illi tacebant. CHRY. Sciebant. n. quod est omnino curare. Sequitur: Et circūspiciens eos cum ira, & quos cum ira circūspicit ac tristatur super caecitate cordis eorum, humanitati conuenit, quam pro nobis suscipere dignatus est. verbo autem miraculum coniungit: vnde sola voce homo curatur. vnde sequitur: Et extendit, & restituta est manus illi. per haec omnia pro discipulis indens: simulque ostendens suam vitam exiliter supra legem. B E D A. Myslice autem homo, qui manus habebat aridam humanum genus indicat in secunditate boni operis aere facti: sed dñi miseratione curam in, cuius dextera quod in primo parente dñi vitae arboris poma decerperet, aruerat. p. redemptoris gratiam dum infantes manus in cruce arboris tenderet, bonorum operum succis est restituta saluti. Et bene in synagoga man' erat arida, quia ubi scientiae donum manus est, ibi grauius est inexcusabilis noxae periculum. HIERO. Vel significant auaros qui valentes dare, volunt accipere, praedari & non largiri, quibus dicit vt extendant manus suas. i. qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operans manu sua quod bonum est, vt habeat vnde communicet indigentibus. T H E O P H I. Vel aridam dextram: habet manum, quisquis non operatur quae sunt dextrae partem, ex quo enim manus nostra constituitur in operibus prohibitis, ex tunc arefcit in operatione boni. Iterum vero restaurabitur quando in virtute stabit. vnde Christus dicit: Surge. sa peccatis, & sta in medio, & neque ad diminutum, neque ad superabundantiam se extendit.

b B E D A. Pharisaei reputantes in crimen, quod ad verbum Domini saluam qui languebat extendit dexteram, de voce Saluatoris fecerunt consilium. vnde dicitur: Exeuntes autem Pharisaei, statim cum Herodiano consilium faciebant aduersus eum quomodo eum perderent. quasi non ipsorum quisque maiora Sabbatis ageret, cibos portando, porrigendo calicem, & cetera quae vitia sunt necessaria exequendo. Neque enim ille qui dixit & facta sunt, Sabbato laborasse poterat conuinci. T H E O P H I. Herodianus autem dicitur milites Herodis Regis. Haereticus naque quaedam noua furexerat, quae Herodem Christum esse dicebat. Prophetia enim Iacob inuebat, quod quando deficerent Principes de Iuda, tunc Christus veniret, & quia Herodis tempore nullus supererat Iudaico rum principum: sed ipse solus regnabat alienigena existens, quidam ipsum esse Christum putauerunt, & Haereticum constituerunt. Isti ergo cum pharisaeis Christum interficere conabantur. B E D A. Vel herodianos Herodis Terrachae ministros dicit, qui propter inimicitias quas eorum Dominus aduersus Ioannem habebat, etiam saluatorem quem Ioannes praedicebat, infidij persequebantur & odij. Sequitur: Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare. quasi homo fugiens persequendum infidias, quia neque adhuc venerat hora passionis eius, neque extra Hierosalem fuit locus passionis, vbi & exemplum dedit suis, si in vna ciuitate persecutionem paterentur, in alteram fugiendi. T H E O P H I. Simul etiam secedit, vt plurimis beneficiat ab ingratis recedens: etenim multi secuti sunt eum & sanauit eos. Sequitur enim: Et multa turba a Galilaea & Tyri & Sydoni alienigenae existentes, vrilitatem a Christo accipiunt, propinquitatis utilitas, nisi similitudo bonitatis existat. B E D A. Illi enim videntes opera virtutum eius, & verba doctrinae audientes, eum persequebantur. Isti autem opinione tantum ducti virtutum eius, congesto agmine permaximo veniunt ad audiendum eum, ope meo salutis flagitandum. Vnde sequitur: Et dixit discipulis suis vt in nauicula sibi deseruiret. T H E O. Vide autem occultatam gloriam eius. etenim ne lederet eum turba, perit nauiculam, vt intrans in eam conferuerit illis. Sequitur: Quotquot autem habebant plagas, & spiritus immundi eum illum videbant, peidebant ei. Plagas autem dicit infirmitates. Caten. Aur. S. Thom. O 3 ipse



ipse nãque Deus nos vulnerat vt filios pater. B E D A. Proci-

bant ergo vtrique Domino, & qui habebant plagas infirmitatum

corporalium, & qui a spiritibus vexabantur immundis: sed infirmi

simplici intentione obtinenda salutis. demoniaci autem vel potius

Lib. 4. c. 3.

c Et ascendens in montem vocauit ad se quos voluit ipse. & venierunt ad eum, & fecit vt essent

duodecim cum illo, & vt mitteret eos predicare. & dedit illis potestatem curandi infirmitates

& eiciendi demonia. Et imposuit Simoni nomen Petrus, & Iacobum Zebedæi, & Ioannem

tem putet nunc accepisse Simonem nomen, vt Petrus vocaretur,

fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est

syriace Cephas, & in vtraque lingua nomen a petra deriuatum est,

neque conuerfarius Ioanni, qui longe antedictum esse illi commemorat: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Marcus

d ¶ B E D A. Electos in monte Apostolos Dñs ad domum

duodecim Apollorum enumerare, & nec esse haberet Petrum

re voluit, q non hoc antea vocaretur, sed hoc ei Dominus nomen imposuerit.

¶ B E D A. Quam beata veru frequentia turba confluens, cui tãtum fuit cura ad obtinendam salutem, vt auctori salutis cum his qui secum erant, nec vesendi quidem hora liberâ maneret, sed quæ turba frequenter externa, hunc pro pinquorum estimatio paripendit.

A blasphemiam non passim dimituntur omnibus hominibus: sed his

qui dignam pro erroribus suis in hac vita penitentiam egerint,

construxerit in semetipsum, dispartitus est, & non poterit stare

¶ T H E O P H I. Quia propinqui Domini venerant tenerent eum tanquam in furiam versum, mater eius amoris compassionis detenta, venit ad ipsum: vnde dicitur: Et venerunt mater eius & fratres, & foris stantes miserunt ad eum vocantes eum.

d ¶ B E D A.

Cat. Aur. S. Tho. O 4 coru